

subjectus est, quia nondum omnia sua ipsi soli subjecta sunt. Nondum totus subjectus est Patri, quia aliquid in Ecclesia est non subjectum Patri. Caro, peccatum, mors. Superest aliquid ἢ ἰλασθῆναι. deest aliquid ἢ ἀλγεῖς. In qua Psalmus Caput & membra conjungit. Loquitur enim de homine, ne post visitationem Dei de ipso vere loqui poterat. Post visitationem Dei est homo ἀγάων & ἀγαζόμενος, caput & membra.

§. 157. Antequam hinc abeamus, notandum, quod male Tertullianus ex vers. 23. deducit diversas resurrectiones. quale quid Chiliaſtæ ſomniant. non bene intelligentes Apocalypſeos cap. 20:4. Apoſtoliſ hic agit tantum de πύμωπ, quod inter Chriſtum & mortuos cæteros. non de ordine mortuorum inter ſe.

§. 158. Verſ. 29. Non referemus, quam multipliciter hic verſus à quibuſdam ſit expoſitus. Memorat Tertullianus, Marcionitas vivos pro mortuis baptiſmum ſuſcepſiſſe. Non poteſt id Apoſtolo argumentum ſuppeditare ad probandam reſurrexionem mortuorum. Videntur hi potius ex hoc dicto occaſionem ſumiſſe id faciendi. Fuerunt etiam, qui mortuos baptizarent, & eis Euchariftiam darent. Vide Grotium.

Non poteſt autem dubitari, id voluiſſe Apoſtolum, quod verbis his convenit, & argumentum reſurrexionis præbet. Nullus baptiſmus externus poteſt præbere argumentum reſurrexionis mortuorum, niſi qui à Deo inſtitutus eſt, tanquam ſacramentum. Et verò noſter baptiſmus, quo baptiſamur, & abluimus peccata, eſt ſacramentum reſurrexionis. Nam ſignificat, etiam corpora noſtra eſſe lota aqua pura. Hebr. 10. verſ. 23. Sed quare baptiſmus noſter dicitur βαπτιſμοῦ ἕνεκεν? niſi forte veſis innui mortem noſtram, qui baptiſamur. quaſi dicat, quid facient, qui baptizantur, quum ſint morituri? Sed ſic potius dixiſſet πνευματιſμοῖ, vel ἑνεκεν ἁμαρτιῶν. In Vet. Teſtam. dedit Deus varios βαπτιſμοῦ Hebr. 9. verſ. 10. ſed nullos pro mortuis: verum propter mortuos dedit baptiſmum. Vide Num. 19:11. Sirachides cap. 34:27. vel 25. βαπτιſμοῦ δὲ πάλιν ἀπὸ τοῦ ὕδατος, πὸ φιλίῃ τοῦ ἁγίου ὕδατος; Idem poteſt notari per voculam ἕνεκεν; quæ & ponitur pro ἕνεκεν. Sic Philip. 2:13. Roman. 15:8.9. Sic 157 ἕνεκεν Eſai. 60:7. Cornelius Bonaventura Bertramus, cujus eadem ſententia eſt, in lucubrationibus Frankotalenſibus alia quoque exempla confert. Ex illis aſſumimus iſta. Num. 5:2. ἕνεκεν ἁμαρτιῶν. id LXX. ἀκαθάρτων ἐπιψυχῆς. Item Num. 6:11. LXX. ἕνεκεν πνευματος ἁγίου.

§. 159. Hi igitur, qui ſecundum inſtitutum Dei propter mortuos contactos aut in eodem conclavi deprehenſos baptiſantur, quid facient, ſi non eſt reſurrexio mortuorum, aut ſi non aliquando erit Deus in omnibus omnia? Nonne illi pudeſcent & tanquam ridiculam geſtulationem adhibentes ſeſe propinabunt deridendos?

§. 160. Atqui iſta cerimonia aut hoc aut nihil ſignificat. Si nihil ſignificat, non eſt inſtitutio Dei ſapientis. Atqui eſt Dei ſapientis inſtitutio: & eſt idonea ad ſignificandam reſurrexionem mortuorum.

§. 161. Neque enim hic illud conſidero, quod Bertramus conſideravit, nempe laborem & moleſtiam ſingularem à Deo imperatam iis, qui mortuos ſepelirent, oſtendere, quod ſpes eſſet reſurrexionis mortuorum. Neque enim Deus imperavit quicquam de cura & labore impendendo mortuis ſepeliendis; ſed eum, qui mortuam tetigiſſet, & in tentorio vel conclavi eo fuiſſet, in quo eſſet mortuus, declaravit impurum, eumque voluit certo ritu per lavacrum expiari.

§. 162. Facillimum autem eſt, mentem hujus ceremoniæ aſſequi, ſi conſideremus, quid ſibi voluerit puritas vel impuritas legalis. Qui impuri erant, reſ ſacras non attingebant, ſacros cibos non guſtabant, in locum ſacrum non veniebant. Atqui illa omnia erant ſymbola communionis cum Deo & gaudiorum cœleſtium. Dum igitur vivus, qui in loco mortui eſſet, impurus declaratur, quid aliud potuit ſignificari, quam

1. moriente uno homine, accuſari totam naturam peccati, velut ream mortis.
2. id peccatum nondum eſſe remiſſum aut expiatum. Nam, cur impuri dicerentur, ſi peccatum remiſſum eſſet? Ubi eſt remiſſio, ibi non amplius eſt ἀνάμιησις. Hebr. 10:2.3.18.
3. dari expiationem reatus. Hoc enim ſignificabat ablu-tio.
4. quibus remiſſa ſunt peccata, eos habere communem cum Deo, prope ad eum accedere, lætari coram Deo.
5. eam lætitiã haberi
6. in corpore. Quippe omnia illa peraguntur in corpore. Non homo tantum purificabatur, ſed corpus. In corpore eſt, quod obſtat accellui ad Deum, peccati reatus, & lex

peccati, & mors. In corpore homo accipit ſymbola remiſſionis peccatorum & abolitionis omnium illorum, quæ obſtant, quo minus homo fruatur Deo. In corpore admittitur ad omnia ſacramenta divinæ conjunctionis. Nam tabernaculum interius cœli ſymbolum erat. In id intrabat ſacerdos. per quod ſignificabatur, per ſacerdotem nobis pateſcieri viam ad cœlum in ſpe & in re ipſa.

- β. poſt mortem. Nam,
- κ. qui propter attackum mortui lavatur, iſ conſideratur, ut mortuus. Quid ſibi vult, illum, qui ut mortuus conſideratur, purificari, ut redeat ad domicilium Dei, ſi non datur reſurrexio?
2. Omnis baptiſmus ſignificat mortem & vitam ex morte. Nam aqua non tantum adhibetur, ut purum quid & mundandi uſum habens, ſed etiam ut mortificans.
1. Idque eò magis patet, quia talis aqua, qualis adhibebatur purificandis illis, qui mortuorum attacku erant inquinati, non poterat non communionem mortis Chriſti ſignificare, & ſic communionem reſurrexionis ipſius. Nam illi aquæ admixcebatur cinis vacca ruſa. Num. 19:2. Quid enim ſignificat hoc aliud, quam eos, qui ſunt in communionem peccati & mortis, & ſic excluſi à domo Dei, per communionem mortis alterius habere juſtitiã & vitam? Et vero vacca ruſa veriſſimus typus ſervatoris eſt. Vacca ſumebatur, ut intelligeretur, 1. quod non venit ad dominandum ſed ad ſerviendum. 2. quod ei ſit πύμωπ genitura. Ruſa, quia debuit peccatum & exſecratio fieri. Integra quia in eo nec labes nec macula ulla debebat eſſe. Non vis in manu, non mendacium in ore. Eſai. 53:9. non defectus ullus, non claudicatio, non diſtorſio, non cæcitas, non ſurditas, aut quid ſimile.

Qua jugum non tulerit. quia etiam debuit eſſe ἀμίαιος & κακοεισμενος ἢ ἀμωρετωλὸν. Hebr. 7:26.

Illā igitur extra caſtra comburebatur, ut & Chriſtus extra caſtra mortuus eſt. Hebr. 13:13. reſectus ab ædificantibus, ἵνα ἵπ; ut eum ſequeremur non tantum ἐκδοῦμεν αὐτῷ φέροντες, ſed etiam ſanctuarium illud terrenum & altare, quod ſanguine pecudum imbuebatur, relinquentes.

Maclabatur & comburebatur tota. Nam ſanguinem ipſius eſſendi oportuit, & totum igne charitatis & Zelo domus Dei conſumi. Pſalm. 69:10. Nihil in ipſo eſt, quod ſit à noſtri ſanctificatione alienum, totus ſit noſter. quia & vacca tota cremata quaſi tota aſpergitur, dum cinis ejus aſpergitur.

Cum vacca comburebatur lignum cedri & hyſſopus, & funiculus coccineus.

Lignum cedri, oleoſa & fragrantis arboris, ſignificat carnem, fructum terræ, in qua habitat πνευμα ἀγαθωῦν. Eſai. 11:2. Virga, in qua eſt Spiritus Domini.

Hyſſopus vilem ſpeciẽm.

Filum coccineum ruruſ poteſt ſignificare imputationem peccati. Eſai. 1:18.

Servabatur cinis in loco puro extra caſtra, verſ. 9. ut intelligatur purificationem petendam eſſe ex loco, in quo juſtitiã habitat, & non in terra & terrena civitate aut ſanctuario manu facti.

Ideo Chriſtus, poſtquam καθαριſμὸν ἐπαρτίετο ἢ ἀμωρετῶν ἡμῶν ἐκάθιστο ἐν δέξια ἢ μεγαλωσῶν ἐν ὑψηλοῖς. Hebr. 1:3.

Debebat autem iſ, qui contaminatus erat propter mortuum, tertio die aſpergi, & ſeptimo, ut purus eſſet. verſ. 12. 19. Nempe decurrente mundi tempore homo debet luſtrari & aſpergi, ut ultimo, in reſurrexione mortuorum & in die quietis æternæ; ſit purus. Qui decurrente hac vita noſtra fuerit aſperſus, deinde in noviſſimo purus inter puros invenietur. Qui non mature purificatus fuerit, in fine non erit purus. vel potius, qui habuerit communionem cum eo, qui reſurrexit tertio die, purus erit in noviſſimo. Aſperſio facta quaſi die tertio in Chriſti reſurrexione olim quaſi renovabitur in reſurrexione noſtra, quum intrabimus quietem Dei.

Aſperſio fiebat 1. mixta aqua viva cineri. Ibi jam intelligimus τὸ πνευμα. Eſai. 42:3.

2. per hyſſopum. h. e. per eum ipſum, qui pro nobis mortuus eſt. Nam idem, qui redemptor, & regeneratoꝝ & juſtificatoꝝ eſt.

Aqua illa vocabatur πύμωπ & κακωπ verſ. 9. aqua ſeparationis, & πνευμα ἀμωρετῶν. quippe illi, qui ſegregati erant propter peccatum à populo Dei, quaſi à cœtu juſtorum, à vita & facie Dei, per hanc aquam purificati juſ accipiebant accedendi prope. h. e. per aſperſionem ſanguinis Chriſti



si quæ sit baptisando hominem peccatorem per unum Spiritum in unum corpus Christi; & resurrectionem ejus factam tertio die accipiebant spem vitæ ex mortuis ad gloriam & lætitiâ domûs Dei.

§. 163. Nihil agunt Pontificii, qui ex hoc loco exsculpere volunt officium pro mortuis, ut liberentur à pœnis Purgatorii. Nam hic agitur de eo quod fit ad testandam spem resurrectionis mortuorum. Crellius hic confert 2 Maccab. 12: 42. 43. 44. 45.

In loco 2 Maccab. 12: 42. 43. 44. 45. Considerandum est factum Judæ & judicium scriptoris. Judas *καὶ ἀνδρογύιος*, viritum collegit pecuniam, quam misit Hierosolymam, ut offerretur sacrificium pro peccato, nempe ut peccatum commissum plenè deleteretur. Id non est necesse sic interpretari, quasi voluerit sacrificium offerri pro mortuis, sed pro iis ipsis, à quibus pecuniam collegerat. Nempe quum fieri soleat, ut Deus propter *ἀσθένειαν* cœtui aut exercitui irascatur (quemadmodum liquet ex lib. Jos. cap. 7: 1. 5. 11. 12. ubi Achan vivit, & alii occiduntur, & ita denunciatur toti Israël. Ratio autem est, quia nullus *ἀμωρεπυλός* est *καὶ χειρὸς ἰδρῶτος* ἢ *ἀμωρεπυλός*, sed unum jugum trahit cum omnibus peccatoribus, sive habet cum illis societatem peccandi) ideo voluit Judas totum exercitum expiare.

Judicium scriptoris, qui est vel Jason Cyrenæus, vel ejus epitomator, cap. 2: 24. homo sibi concilius mediocris & eloquentiæ & eruditionis, cap. 15: 39 & aliàs fabulandi non rudis, ut ex primò & secundò capite apparet, ubi narrat de igne abscondito.

Is igitur 1. judicat, Judam pro mortuis orasse & sacrificium obtulisse. 2. id judicat lectori insolens & absurdum visum iri. Igitur 3. id factum excusat. nempe eo, quod habuerit spem resurrectionis mortuorum, & crediderit, *τίς μὴ ἰουδαίας κρημαίνοισι κρημαίνον ἀσθενήσαντες χειρὸς ἰδρῶτος*, eamque fidem & spem suam ipse & exercitus testati fuerint. Unde liquet, quales putaverit esse preces pro mortuis, nempe *ἐυχὴν* sive votum cordis, ut illi sint participes ἢ *χειρὸς ἰδρῶτος*, & spem, nixam judicio charitatis, quod *μὴ ἰουδαίας ἐκρημαίνονται*. quam spem etiam sacramento voluerint declarare suo nomine de fratribus suis. quod sacramentum est sacrificium pro peccato. Quæ omnia si admittamus, tamen non poterit concludi, vel hunc scriptorem statuisse, mortuorum animas fuisse in Purgatorio, & oblato pro peccatis sacrificio, potuisse inde liberari. Denique Judaicæ opiniones non sunt probatio dogmatis Christiani.

§. 164. Verf. 30. 31. 32. 33. 34. In his continetur argumentum à fructu pietatis. Quia sine fide resurrectionis nec causa est periclitandi pro veritate & justitia; neque abstinendi ab ulla sua concupiscentia.

§. 165. Id argumentum ita tractat. 1. in persona Apostolorum, Christianorum & sua ostendit, frustra esse, si non sit resurrectio, quod quotidie periclitentur. 2. ab hypothesis ad thesin transit, docetque non posse in doctrina sine strage pietatis errari. 3. Corinthios adhortatur ad verum & sincerum studium pietatis: non sine increpatione. ostendens, non potuisse dubitationem inter ipsos existere, nisi quidam inter ipsos ignorantia Dei aut neglectu Dei laborarent.

§. 166. Verf. 30. Si non est resurrectio mortuorum, frustra periclitantur Christiani.

Animadvertenda hic conditio Christianorum. *Omni hora periclitabantur. Paulus coæctus est Ephesi ἡερομαχίαν καὶ ἀνδρογύιον. Et is, quotidie moriebatur.* h. e. quotidie se ad mortem præparabat, quotidie velut ante oculos mortem videbat. Id confirmat juramento per gloriationem Corinthiorum, *quam habet in Christo Jesu Domino nostro.* Sive legamus *ὑμῶν* cum Latino, sive *ἡμῶν*, parum interest. Paulus jurat. Jurat autem per eum, qui dixit, *Per nomen meum jurabis.* Deut. 6: 13. 10: 20. & qui sibi hoc reservavit, Esai. 45: verf. 23. 65: 16. Sed cum appellat eo nomine, quo & Amos. cap. 8: 7. *ἔργον ἰακώβου ἡμῶν* / Sed quæres? An non à malo sit jurare, & ideo peccaverit Paulus? Matth. 5: 37. Jacob. 5: 12. Resp. 1. Christus docet, Nos debere nostrum *Ναὶ* & *Ὀὐ* pro juramento reputare. 2. Inde consequitur esse à peccato, quod cogimur expressius Deum nominare. 3. Hoc igitur declinandum esse omni studio, per veracitatem. 4. Non tamen peccari, si quis fidem in Deum per Christum testetur, & declaret, se in ea fide loqui. Quod hic Paulus facit. alibi etiam adjurans. 1 Thessal. 5: 27. & jurans Rom. 9: 1. 2 Cor. 1: 23.

§. 167. Quod attinet *ἡερομαχίαν*, credible est, Apostolum innuere certamen, quod per biennium habuit Ephesi in medio hominum immanium. quales erant non tantum Demetrius & socii ejus, sed & Judæi: à quibus coæctus est separare discipulos. Actor. 19. Si quid aliud est, nos id igno-

ramus, & tuto ignorare possumus. *καὶ τὸ ἀνδρογύιον, ὡς ἐν ἀνδρογύιον.*

§. 168. Causa, quare Deus ita Christianos voluerit agere & habere in mundo, non una est. 1. Castigatio ea fuit. Non satis attendebant verbo, ut Israëlita, qui apud montem Sinai acceperunt eloquia viva, non attenderunt, ut nucleum doctrinæ pietatis perciperent, & sapientes fierent in Domino; ita etiam illi plerique manserunt *pueri in Christo*. multasque opiniones & consuetudines recens à Judæis & gentibus venientes secum trahebant in Christianum nomen. 2. Fuit fidei probatio. 3. Fuit demonstratio potentiae Spiritus sancti & amoris Dei ex doctrina Christi concepti in patientibus. & publicatio nominis Christi per martyria. 4. Voluit Deus opportune in iis liberandis potentiam & curam suam & veritatem verbi sui ostendere. & eo medio ipsos persecutores commovere, ut inciperent Christi doctrinam audire.

§. 169. Jam Apostolus contendit, si non sit resurrectio mortuorum, Christianos & Apostolos frustra tanta subire pericula & certamina, & quotidie mori: sed potius consequens esse, ut dicant: *Edamus, bibamus. Cras enim morimur.*

§. 170. Alterutrum enim necessarium est. Si est resurrectio mortuorum, convenit in timore & tremore tempus vitæ transigere; & cavere, ne crapula & ebrietate graventur corda nostra, aut curis hujus vitæ, ut digni reperiamur, qui itemus coram filio hominis. &c. ut est Luc. 21: 34. 35. 36.

§. 171. Si autem non est resurrectio mortuorum, frustra est fides, amor Dei, pietas, certe periculis exantlatio, abstinentia, continentia. sed saltem non est vituperandum, si quis satisfaciat desideriis suis. Fac enim, non esse bonum inebriari, quia conciliat homini malam valetudinem, & præcipitat in mala facta, quæ inter homines etiam puniuntur, & in pericula, & non est opportuna iis, qui cupiunt inter homines esse aliquo in loco & precio, aut suæ rei operam dare: attamen sapienter aget, qui parabit, unde hic beate agere possit, quique sibi & cupiditatibus suis nihil negabit, & bona hujus vitæ profectetur, ut quam abundantissimis uti fruique possit. Psalm. 49: 19.

Atqui illud non potest consistere cum fide resurrectionis mortuorum. Nam minime convenit, hic thesauros, hic cor, hic voluptatem querere & invenire eum, qui sperat esse cum Christo: sed 1. hæc terrestria aspernari, ut non bona nostra, & cavere, ne ea nos illiciant & captivos faciant. 2. laborare, ut regno Dei potiamur, & justitia ejus, h. e. ut participes simus regni Dei, & Christum habeamus dominum & caput, & ut possimus ipsi de dono justitiæ agere gratias, & pomœria sanctæ civitatis proferamus.

§. 172. Hic subnascitur aliqua difficultas. Quomodo sequatur, si non sit resurrectio mortuorum, nullam esse pietatem; siquidem possit pietas nihilominus prodesse animæ. Atque hac specie abutuntur Sociniani, dicentes, Animam post mortem non vivere, non sentire. quia alioqui nulla foret Apostoli consequentia. Sic igitur non tantum corpus moreretur, sed & spiritus, & esset resurrectio non tantum corporis, atque id inepte solum diceretur *θνήσκω, νεκρῶν*; sed & animæ. Sed respondemus, Apostolum, ut & Christum Matth. 22: 31. 32. eodem medio & simul probare cum animæ *ἀλλοιωσῶ* tum etiam resurrectionem mortuorum. Quia necesse est, aut utrumque dari aut neutrum. Homo enim ad hoc est factus, ut habeat corpus, quo utatur velut organo: & Dominus est & corporis & spiritus nostri, qui redemit nos: & templum Dei est utrumque.

§. 173. Ergo; dum Apostolus ad hunc modum argumentatur, nempe pietatem esse supervacua, si non sit resurrectio, id ita accipi debet, ac si dicat, Si non est resurrectio, etiam anima interit: & sic pietas est supervacua. Quæ est cogitatio eorum, qui dicunt, *Edamus, bibamus, cras moriemur.* Esai. 22: 13. Quorum mentem explicat Psalm. 49: 12. sed & corrigat verf. 16. 20. 21. in quibus asserit assumptionem & animæ & corporis piorum, & infelicitatem hominum hujus seculi, qui *nunquam vident lucem* (& per consequens in tenebras detruduntur) & sunt *instar ovium*, aut *pecudum*, quæ subito occiduntur, & *pererunt*, hoc est, nullum bonum retinent.

§. 174. In verbis Apostoli observandum, quod pro absurdissimo itatuit, dicere, Pietatis, laboris, patientiæ nullum esse *ἔφελος*. Videtur maximum argumentum ad pietatem facere *Utile*. Quum 1 Tim. 4: 8. dicit, *Pietatem ad omnia esse utilem*, quippe *quæ habeat promissiones vitæ hujus & futuræ*. Potest hic incidere cogitatio, Annon Deus sit amandus propter se? Cum quo videtur non idem esse, Amare Deum propter utilitatem propriam. Quod & inter homines improbabile est. *Vulgus amicitias utilitate probat.* Chrysofostomus *ὅσα ἐπιπέδη αὐτῶν ἐπὶ μισθῷ ἔργων*. Is respondet, *ὁ μέγας μισθὸς τὸ δόξαρον ἀπὸ παντὸς τοῦ Χριστοῦ καὶ, χωρὶς τῶ ἀνθρώπου μισθὸν τὸ δι αὐτὸν κινδυνεύον*. Dicit, Apostolum hæc dixisse *διὰ τὴν πολλὴν ἀδωκίαν*